



Universitätsbibliothek Paderborn

**ELEGIA ET DEPLO-||randi hujus seculi querela,||
REVEREN=||DISSIMO ET IL-||LUSTRISSIMO PRIN-||CIPI AC
DOMINO, DOMINO || JOHANNI GUILIELMO, JULIÆ,|| Cliviæ
& Bergiæ Duci ... ||**

Grest, Wessel de

Lemgo, [ca. 1584]

Ad Eundem Principem Ac Dominum, Dominum Joannem Guilielmum,
Juliacensium, Clivorum & Montensium Ducem, &c. Idyllion Caspari de
Grest, Patricii & Consulis Bilveldiensis, fratris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34817

AD EUNDEM
PRINCIPEM AC DO-
MINUM, DOMINUM JOAN-
NEM GUILIELMUM, JULIA-
censium, Clivorum & Mon-
tensium Ducem, &c.

IDYLLION

Cassari de Grest, Patricii &
Consulis Bilveldiensis, fratris.

Sanguine clarorum Princeps prognate paren-
tuliaca columen, presidiumq; domus. (cum,
Qui patriam Princeps virtutum dotibus auges,
Etq; animi geminas nobilitate genus.
Quem juvat Aonias caput exeruisse per artes,
Ornare aeternis ingeniumq; bonis.
Cui pietas cordi est verae virtutis alumna,
Quae modo jucundam sternit ad astra viam.
Hosce breves elegos clementi suscipe vultu
Fratris, & in tuto da sua navis eat.
Cur hominum variis quassetur vita procellis,
Illius inculto carmine Musa docet.

Leta

Leta canant alii divino carmine vates,
Fata sed hunc vitæ tristia flere iuvat.
Leta tamen quandoq; canet clarissime Princeps,
Lætisonos Phœbo suppeditante modos.
Cùm tibi te dignam sociali fœdere junges,
Illustri Nympham nobilitate parem.
Hæc sperata diu tandem lux aurea calo,
Ut spargat radios, patria terra petit.
Auspicio id fiat felici atq; omine dextro,
Ipse etiam superos per pia vota precor.
Qui faxint laudanda geras moderamine iusto,
Et Pylæi vincas secula longa senis.

Sabinus fol 6.

*Hanc latinam mihi octavo Junij ortu
procurat, hanc vobis modo vobis dicitur.*